

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Sect. I. Mortuorum in vitam reditus, nec priscis Philosophis ignotus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

effossis vestra falsitas pateat magis, agite, o vigilansissimi excubitores: Si discipuli illud falso clausum cadaver sunt furati, cur nemo vestrum restitit, cur omnes hoc passi? Domivimus. Quomodo ergo clancularios illos fures vidistis, si dormivitis? nisi forte vos apertis oculis dormiatis ut leporis? At forsitan id quod narratis, somnium? Fidem ergo dictis vestris ne speraret, somnia narratis, quibus nihil est fallacius. Quid igitur obducitis venenatae hydæ, quid responderis Plutonis vernæ, quæ ratione futes factus Christi discipulos? Audivimus id ex alius. Eja verè ex aliis; quibuscum illis aliis? An praeter vos alii quoque aderant; qui ipsos custodirent custodes, ne quis auferret dormientes? Perfrictæ frontes, adeòne pudorem omnem decoxit, ut hanc fabulam in yugis spargere non vereremini? Quis heri natus infans hoc tam luculentum commentum non tangat? sed erocitate mendaces corvi, & Christum in vitam denuo assertum negare: nihil evincitis, nisi hoc solum, ut plus majestatis & laudis habeat in lucem producta veritas. Resurrexit cruci affixus sicut dixit. Cerne jam manus Iudeæ, quas fixeras cerne latus Romane, quod foderas in tunc. Fallitas, corpus redivivum, quod à discipulis subducendum sparseras. Hoc Petrus Chrysologus aurei vir eloquii venustrè profecitus. Inter hac, inquit, Iudeæ crimina, aut male enumera tua, aut distractum pejus aliena, dum peccata taxant pretio, dum pecuniam penfant & compensant delicta: dum in sceleribus suis fundunt, quod toto scelere congregaverunt. Sic Iudam comparant traditum Domini sui, & pretio Redemptoris mundi sanguinem penfant: sic aperte sepulcri fidem claudant fæculo, ut negandæ resurrectionis crux munimur criminum mercarentur. Pecuniam, inquit, copiam dederunt militibus, dicentes. Dicere, quia discipuli ejus reverent nocte, & furati sunt eum, neque dormientibus: & se huc Proses audierit, nos studebimus ei, & securos vos faciemus. At illi accepta pecunia fecerunt sicut erant edociti; & diffamatum est verbum istud apud Iudeos usque in hodiernum diem. Apud Iudeos, namquid apud Christianos Iudee, quod tu in Iudea obcurabas auro, fide fato clamavit & eluxit in mundo: discipuli receperant, non furati sunt Christum: tu per fidiam comparasti, sed non furatus es veritatem. Iudee, resurrexit Christus, tu pecuniam perdidisti. Sanguis ejus super nos, & super filios nostros. Iudee, Christus vivit: tu & te & tuos posteris occidisti.

Sed ad te redeo, divine Hortulane, & quācum tecum finio, prius id unum ex te quero: Cur, Christe, hos virulentos basilicos in horto illo passus es, in quo placide letalem somnum dormivisti? Cur circa illud sepulchrum, in quo à cruce quievesti, has bestias fabulari permisisti? Si bene coniicio, bone Jesu, per hos ipsos fabularum præcones veritatem magis in lucem dari voluisti. Et natura opera si speciemus, spinæ rosas armant, mella defendunt aculei, aurum inæ specus, gemmas inæ maria; & est cum sol per nubem ferit potentius. Tu item Sol vere, Christe triumphant, per hanc commentatorum nubem potentiam tuam magis asservisti; neque sic effulsi est veritas, nisi eam faltitatis caligof pressisset; neque hortus iste ita frequentatus fuisset, nisi prius ab istis serpentibus fuisset ita vastratus. Honor istius horti è contemptu crevit, fama illius auxit ab infamia. Furum in eo commissum spargebatur, sed tandem patuit Veritas, & purpureum honoris Ver per hoc viceum semet difflavit. Ita fieri decuit in eo horto, in quo vita sepulta jacuit, & à seipsa sibi restituta, mortem sepelivit.

C A P V T I X.

De futurâ mortuorum in vitam revocatione.

Luc. cap. 18. vers. 32. C hristus igitur resurrexit, sicut de seipso dixit: Transderetur gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & confusus

A tur, & postquam flagellaverint, occident eum, & tertius dies resurget. Resurrexit, sicut dixit: Ego sum resurrectio & vita, quæ credit in me, etiam si mortuus fuerit, viveret. Et omnis qui credit in me, non morietur in eternum. Hac est enim voluntas ejus, qui misit me, Patris, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in novissimo die. Reluctus sicut dixit. Nolite mirari hoc, quia renit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filii Dei, & respondent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vite, qui vero malaegerunt, in resurrectionem judicii. Ne miremur, neque dubitemus: de his qui dormiunt in terra pulvere, exsurgunt alii in vitam eternam, & alii in opprobrium ut viacent semper. Si credimus, quod JESUS mortuus est, & resurrexit, ita & Iudeus, Deus eos, qui dormierunt per JESUM, adducet cum eis. Scientes, quoniam qui suscitavit JESUM, & nos cum JESU suscitat, & constitutus vobis est. Si complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simili & resurrectionis erimus. Si mortui sumus cum Christo, credimus, quia simili etiam vivemus cum eo. B Christo, scientes quod Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. De Reviviscente Christo superiori capite diximus; jam & de nostra in vitam revocatione paucula addamus.

S. I. Mortuorum in vitam redditus nec prisca Philoſophis ignotus.

A Quila cornicium aut plectracorum infidilli interceptra, pennis sc spoliari non vetat, occasionem natæ injuriam ulciscitur, & obvium inimicum rotto transfigit. Avis est, quam Indi Zebut appellat, hæ baleæ os insidet, leque grandibus illis faucibus hauniit permittit, callido consilio: nam alvo recepta in corrostro incurrit, quo perroso cete illud immane perimit. Aquila que supernæ se in has valles ruit, ab Hebreis capti, ligata, laniata, vulsa, trabi fixa, à morte transfixa, opportunè tertia post mortem obitum die, holetum ultimum ivit, & in mortem telum illud regessit, quod subiomet gessit corpore. Revixit Servator noster. Absorpus videbatur, & erat etiam à mortalium voracissima voragine, sed cum faxeo illo ventre clausa jacuit, cor morti peredit, & mortem ipsam mori coegerit. Capiti nostro vitam redditum spectamus, nobis uti membris speramus reddendam. Sed spes hæc vacillat sepe, ideo nunc illam confirmatum ibo, & de mortuorum in vitam redditu paucam differam.

Rem magnam adfectas, inquis, & campum ingreditis, quem vix pervolet Tertullianus Pegasus. Omnia consentio, & cedo. Sed quis nescit rerum etiam maximarum esse compendia? Reperit & orbis suam epitomen Roman. Carolo Imperatori anulus fuit, in quo præter indicem, libramenta, rotulas, etiam campanula; & hic digito, ut ceteri, inseritus est anulus. Natus & ille Pyrrhi, in quo gemma, quæ Novenfiles Deas cum Apolline citharam tenente, à natura artificio accepit. Homericam Iliadem nux unica conclusit. Neque ego me inter hos artifices numero. Hoc solum affirmo, multa duci posse compendio. Bono animo lectoris esse jubeo, ad Romanam clepsydram non perorabo.

Leonis exuvias à tineis immines durare, naturæ scriptores docent. Leo noster è stirpe Judæ, in prælio cruento cecidit, sed ideo ut nos cadentes erigeret. Illata sunt manus tumulo illius quali exuviae, vermium familiæ crederebatur offulsum pabulum. Sed Leo fuit, nec quidquam à morte illum juris tinearum dentibus. Integer è marmore tumba prodidit, & sacro rugitu univerlum orbem à funere revocavit. Nos quidem morti paramur omnes, illam experti antequam nati: mors enim est non esse, & hunc ipsum, quem agimus diem, cum morte dividimus. Æterna lex à principio dicta omni huic mundo, orbi, abortiri. Nec quidquam stabile aut firmum arbitri illæ rerum esse voluit, præter seipsum. Abeunt omnia in scandi percutiisque fatalem gyrum, & longævum aliqd

quid est in hac machinā, æternum nihil. Mors it per omnes, & vivere non vult, uti recte Seneca, qui non vult mori. Sed post mortem denuo vita erit, & vera vita. Dies erit, cum tellus parturiet, quotquot fovit intra viscera tantā sacerorum ambage. Animabuntur ossa divino flamine, & umbræ prodibunt è tumulis. Nihil esse post mortem, vociferatur senex ille de horto. Sed ad haram abeant haec voces, è quā prolatæ, vel ad orcum potius, in que natæ. Melius aliorum Philosophorum Scholæ, quæ animos in sua domicilia reddituros adstruxerunt. Donandus venia p̄ alii Phthagoras, qui non interire, sed transire animum de corpore in corpus voluit vagā quadam peregrinatione. Sed decantatum hoc fatus & etiam explosum. Certe plerique olim sapientes, in ceteris caci, hoc tamen viderunt, cum corpore non extingui animas. P̄clarissimè hac de re Anneus philosophus dissentans, Mors, inquit, nullam habet incommodum. Quod si tanta cupiditas longioris avi te tener, cogita nihil eorum, quæ ab oculis abeant, & in rerum naturam, ex quā prodicunt, ac mox processara sunt, reconducent, consumi. Desmunt ista, non pereunt. Et mors quam pertimescimus ac recusamus, intermittit vitam, non eripit. Venit iterum, qui nos in lucem reponat, dies. Aequo animo debet rediturus exire. Observa orbem rerum in se remenantem: videbis in hoc mundo nihil extingui, sed vicibus descendere ac resurgere. Astas abit, sed alter annus illam adducit: hiems cedidit, referent illam sui menes: sole nox obruit, sed ipsam statim dies abget. Stellarum iste cursus, quidquid præterierit, repetit. Tangit & Lucretius hoc dogma lib. 3.

Nec si materiam nostram collegerit atque

Post obitum, rursusque redegerit, ut sita nunc est,

Arque iterum nobis fuerint data lumina vita.

Sed nihil roboris ab illis ad meam caussam postulo. Alia mihi firmamina & solidiora.

§. II. Mortuos in vitam reddituros, variis argumentis docet Natura.

Anastasius Deus prius operibus docuit, quām litteris; ante viribus ostendit, quām verbis. Naturam præmisit, missurus naturæ interpres. Quid diei nostris? Atque ortus & obitus clāmant, quām animū in corpore redditum, cui tot scētarum hydræ obsibilant. Considera mihi, quisquis Sadducaēm luem oles, quotidiana natura miracula. Quot diebus dies moritur, & tenebris se peluit. Funestatur orbis honor, & atrō symate cuncta veliuntur. Sordent, silent, stupent omnia; ubique justitium est, ubique rerum alta quies. Sic amissa lux lugetur: & tamen rursus cum suo cultu, cum suā dote, cum sole suo eadem & integra dies orbi universo reviviscit; mortem suam, noctēm intercat: tumulum suum te nebras disturbat, heres sibimet existit, donec & nox reviviscat cum suo & illa comitatu; donec & nocturnus sol, luna, os suum cælo exferat, & accendantur denuo nocturna cæli faculae, quas mundi oculus matutinā luce obruerat. Quid menstrua senescens luna dispendia tam constanter tot annis reparata, quid docent aliud quām exulum animorum in suas domos regressum?

De calo terra disciplinam accipit, & dicit arbores post folia vestire, floribus colorem & odorem reddere, herbis vitidem vitam restituere, exhibere eadem quā mortua sunt feminæ, nec prius exhibere quām mortua. Mira ratio. Ut reddit tellus, eripit; perdit, ut custodiat; ut integrer, viat, enecat, ut in vitam revocet. Omnia in statum redeunt, cum abscesserint; omnia incipiunt, cum desierint; & ideo finiuntur, ut frant. Totus hic igitur revolubilis rerum ordo, quām per docet manifeste, omne hominum genus post longum illum & ferreum somnum huic luci, & quidem meliori, restituendum. Quod si needum docenti te natura accedis, vestigia mea sequere, ad agros te manu duco. En tibi; unum dumtaxat granum scribit sine folliculi veste, sine funda-

Tom. II.

A mento spicæ, sine munimento aristæ, sine culmi superbìa. Ita, inquam, seritur, & satum etiam moritur, sed morte tam fecundâ, ut post certas anni vices resurgat, cultu munitum, numero auctum, ordine structum, compagine ædificatum. Et adeò in hac morte sterile fenus non est; ut (sic me docent Indica historiae) duo millia granorum fuerint numerata ex unicâ aristâ. Et adhuc ambigis ora nostra & cineres in vitam post mortem afferendos? An & aëris mihi ferutandus, & montium juga, ut futuram avascan illuc ostendam? Non recuso. Neque invia rupes, neque aspera cautum malignitas auspiciata comprimer vestigia. Tu modò preceuntem sequere. Intuere homo nullius fidei, orientis alitem, qui phænicen. redivivus suo è funere nascitur. Quippe senio jam tardus in flammis finire parat, ut vitam, quam vivus retineri non potest, recipiat mortuus. Odorum comporat fornitem, è quo tenui acervum molitur, qui nudus fit & tumulus, bustum & domiciliū, in quod à sole flammarum devocat alarum concussum. Mox Sabatæ ramis illa plus ignis plumas populatur, & avem post uitium vitæ consumit. Protinus è cinecum massa vermis, inde ovum, hinc alter aut idem Phænix prodit, fine suo expers finis, sibimet patens & soboles, spei nostræ verum specimen, & ingens argumentum animæ. Id denuo post putredinem humani cineris. Ergo nos interibimus, nec redibimus in vitam, Arabiæ volucres immortales vivent? Multis passeribus antistamus, si non & phænicibus, nihil magnum: columbri stringunt exuvias, & novam sibi juventutem concinnant, homo id nequeat?

§. III. Profanis & sacrī historiis noster in vitam redditus affirmatur.

Sed num hic limus, inquis, & hoc cœnum, corpus hominis astimandum tanti, ut solutum reparetur? Certe tanti. Nec; obseruit illi origo sua è terrâ, quia opus est summi artificis. Phidias manus Jovem Olympium figurat ex ebore, & adoratur. Nec iam bestiæ dens, sed Deus creditur; non quia elephantes, sed quia tantus Phidias. Et Numen corporis vilitatem nequeat ad sublimiorem dignitatem attollere: An hoc supererit, ut honestius homo Deum fixerit, quām hominem Deus? Caro limus fuit, aliud erit. Aut, an nos Deo diligētores, qui rubri littoris candens granum auro cingimus, ferro gemmeas vaginas cum Dario inducimus: Et Numen spiritus sui auram, cum Tertulliano loquer, orisque sui operam commiserit vilissimo capulo in terram mutando, nec redeunte animâ honorando? Certe reficerem posse, qui fecit. Neque animus sine suo hospite, neque anima sine fine suo iniquilino judici sientur. Simil deliquerunt, simul luent. Ambo laborarunt, & ambo præmium sientur. In ærumnis socii, an in gaudiis separantur?

D Sed quid illud corpus quod omnia penitentia ingenia expertum; in quo plura tormenta vila quām membra; quod ferarum rictibus discerptum, freti fluctibus absorptum, flammarum viribus consumptum; ancedes sic distractata denuo inædificari poterunt? Ne trepida, mihi, & Tertullianum audi. Reddent, inquit, carnem & ignes, & unda, & ferarum alvi, & ipsius temporis immensa gula, quidquid omni ævo haulit, revomet. Prodibunt ergo manes tubâ vocati, suisque artibus ve- Manes tu- bâ vocati. Doceat hoc cælum, doceat aëris, docent hoc ter- ræ germina. An forsitan terra moles obstabit evocatis è bus ve- terræ? Deliria sunt hæc, quæ ad crudelitatem C. Cæla- stentur. ris referenda. Hic morituris scindi vestimenta, & in os farciunt pannos imperavit, quasi exitura animæ locum negaturus. Cagus mihi es, quisquis vigilantes ad illam tubam mortales terræ pondere detinendos metuis. Sed ut discas Numinis potentiam, sequere, & mecum in terra viscera pedem penetrare, sepulchre rimabimur. Sed prætereo hic Aviolam Consularem, & L. Lamiam.

Oo 2

Præto-